

Sola est revelatio DEI, sola Christi doctrina, de qua nec loqui ac ne cogitare quidem licet, cum de Ratione est inquirendum. Ex omni reliquo rivo quantumvis pecudum stercorebus turbato haurire laticem datur, solus fons est, qui laticis egeat, quem semoveri plane necesse fit, ubi sitim extinguere & undam excipere velis.

Magnam generi humano calamitatem existimat auctor spiritus legum, extinctionem Sectæ Stoicæ. Ego magnam generis humani calamitatem existimo futuram, si fuscitata nuper Naturalistarum & honestorum puerorum secta stabilimentum inveniatur, *sola ratione* utentium. Inter tot enim pugnantem semper secum rationes, quarum unaquæque regnum suum tueatur, nullus ordo sed sempiternus horror inhabitabit; quemadmodum is inhabitat inter ipsos, Juris naturæ solius rationis persona larvati, scriptores, quorum alter alterum Principiis carere contendit: id quod nos in *Larva detracta* olim persecuti sumus Cap. VII. Tem. XIV. &c. & Cap. XV. Them. III. usque ad Finem.



## INGRESSUS.

Scholasticum nomen hodie exofium multi.

**E**jus mundi, qui nunc vivit & obtinet, homines à Scholæ nomine & umbra maximopere abhorrent. Quidquid disciplinam strictiore quadam via traditam olet, vario nomine contemptim fere afficitur. *Pedantismus, Schulfuchsercy, Jargon* satis nota vocabula his, quas dixi, doctrinis tribuuntur. *Speculationes* præterea omnes tanquam *otiose* exagitantur.

Otiosa omnia damnanda.

Equidem quidquid otiosum est, neque publice neque privatim usum aliquem præstat, æquum est omni-

bus hominibus, certe non ad otia natis, damnari.

Hæc tamen cum aliorum Pedantismorum tum nostræ ætatis infelicitas, ut mihi quidem videtur, est, quod non raro iidem, qui pedantismum explodunt, pedantismo rursus alteri se tradant, quemadmodum Diogenes canis factum Platonis calcavit factu majore.

Infelicitas porro etiam Otiosa major est, quod otiosa sæpe non pe existimantur, quæ otiosa non sunt, cum sint aut necessaria, aut noxia.

A

Hu.

Exemplum In Jure natura

Hujusce rei exemplum, & quam perverse de rebus judicetur, nobis praebent hujus aevi de JURE NATURAE opiniones: opiniones item de Scholis Theologicis, maxime Catholicorum,

Fasiditur Thoma

Audias permultos, qui quoties de Theologia Morali, de speculativa, de S. Thoma, de Scoto, de Suarezio quidquam auditu percipiunt, Pedantismum & otiosas speculationes cum stomacho clament.

Extollitur Puffendorffius Wolffius

Contra si de Puffendorffii, Thomasi, Chumberlandi, Heineccii, Wolffii libris instituat sermo, solvitur lingua in amplas laudationes, tanquam hi sint a pedantismo alienissimi, & non tam utilia, quam unice necessaria tradant.

Examinare hoc licet.

Ipsi hi iudices cum ipsi de aliis libere sententiam ferunt, exemplo nobis sunt etiam ipsorum iudicia examinandi: cum non magis sint homines quam nos, nec alio privilegio eximios se possint contendere.

Judicia

Et horum quidem de his disciplinis iudicia suspecta est

se possunt causa non una: illorum quemadmodum in omni civitate constituti etiam publice iudices recusari interdum possunt. Paucis perstringam suspicandi causas.

Qui haec iudicia ferunt, plerumque sunt homines genere, honorum titulis, saepe etiam ingenii naturalis indole praefulgentes, sed expertes illarum doctrinarum de quibus iudicant, nimirum strictioris Logicae, Metaphysicae, Theologiae, Juris, Philosophiae, Mathematicae.

Quocirca his iudicibus de ficit praecipuum, nempe *Judicium*, quod recte in Corpore Juris dicitur *Legitima causa cognitio*. Caecus de coloribus, surdus de fabula, Midas quamquam rex de cantu, Miles quamquam nobilis, Aulicus quamquam a rege secundus, Juvenis quamquam ingeniosus, perperam sibi iudicium arrogant de rebus, quas nec didicerunt plene nec callent.

Solum enim ingenium, cum fit facultas remota tantum, & pueris etiam infit, iudex non est. Nobilitas autem sanguinis, Dignitatis splendor, Potestas in vitam hominum

Quod aliis rebus praestent,

expertes doctrinarum illarum,

quas iudicant.

Solum ingenium ad hoc iudicium non sufficit:

Nec honores:

minum ac necem regia ad hoc iudicium conferunt admodum nihil. Id enim si obtineret, quisquis a Romulo aut Nino ducere genus posset, optimus hoc ipso esset disciplinarum & Scholarum iudex. Et quo quis latius cum Xerxe aut Tamirlane imperaret, quoque plures cum Caesare homines leto merisset, hoc acutius doctrinas perspiceret. Cum docti homines de armis, de cerimoniis, idque genus rebus iudicant, eorum iudicia, tametsi saepe verissima ac sana, exploduntur: Ergo cum ii, quos diximus, de doctrinis iudicant falso, non possunt eorum iudicia probari, tametsi veri speciem praeferrent: quoniam carent legitima causa cognitione, hoc est iudicio.

De duobus iudicaturus utrumque calleat.

Carent autem fere cognitione doctrinae utriusque, & ejus quam reprehendunt, & ejus quam laudant. Reprehendunt Theologiam, Metaphysicam, Logicam, cum vix primis easdem laboribus degustaverint. Laudant Puffendorffianam sylvam, quam nec ipse Puffendorffius, secum fere semper

pugnans, pervidit. Laudant Heineccii scandulas velut auro pretiosiores, cum nullum sit tam tenue juris compendium, quod non meliora contineat. Laudant Cumberlandi acumen, cum illud in crassissimos & pudendos erudito homini errores impingat, lutulentoque ac vix a patientissimis intelligendo sermone doctrinam suam per sese sordidam amplius conspurcet. Laudant denique Wolffii demonstrandi vim ac methodum Mathematicam, ac scientificam, cum plerumque nullius methodi sint gnari, ne dicam matheos, neu dicam Ontologiae, Metaphysicae Wolffianae, & multarum aliarum disciplinarum, sine quibus probe perceptis intelligi se posse Wolffius ipse negat.

Requiret a me nonnemo, uti de Puffendorffio, Heineccio, Wolffio a me dicta, probata dem. Verum is locus amplior est, quam ut expleri hac opella possit. Conferta mensura hoc feci in Larva detracta, & in Diatribe de methodo Wolffiana.

Alia causa iudicii suspecti.

Studium partium seu Novitatis.

Heterodoxi nova spondent,

Alia respuendi illos, quos initio dixi, iudices causa hæc est, quod laborent plurimi *studio partium*. Quippe ii plerumque in *novitatem* sunt propensi, quo fit ut non rerum ipsarum merito, ac dignitate, quod non penitus intelligunt, permoveantur, sed ubi quid novi seu afferitur seu promittitur, huic animum addicant, non examinata re sed novitate abrepti: contra quidquid vetustatem olet ab eo abhorreant. Ex quo fit, ut Theologiæ, Logicæ, Metaphysicæ afficiantur fastidio tanquam rerum obsoletarum & jam nimis tritarum: capiantur autem dulci sono methodi scientificæ, Ontologiæ, Psychologiæ, Apodicticæ demonstrationis aliisque phaleris. Cum enim hæc talia resonare in scholis non audiverint, adeoque vocabula hæc ipsis accidant nova, existimant subito, res etiam esse novas & anhelii advolant. Num vero novæ sint res, perspicere non possunt, quia & vetera plerumque ignorant, ex quarum demum cum his collatione apparere aut novitas aut vetustas possit.

Decipi autem illos novitatis sola specie, certum nobis est. Neque enim Ontologia, neque Psychologia quidquam est aliud quam metaphysica & Anamastica ab his implicatio reddita. Neque Puffendorffianæ demonstrationes aliud sunt quam fœdi cavilli & sophismata, profecta cum ex animo pathematis perturbato, tum ex Logicæ ignorantia. Neque Wolffii scientifica methodus ejusque demonstrationes aliud sæpe sunt quam confusus & vertiginosus in circulum reditus, & male facti & infeliciter cochleati cavilli. Quæ ego tum in *Larva detracta*, tum in *Diatribæ de Methodo Wolffiana*, satis opinor manifesta dedi.

Sed ne longius diffundam sermonem, ex hætenus dictis apparet, complura vocari in Quæstionem posse. Ut, *num Theologia, Logica, Metaphysica sint otiose?* Hanc in me provinciam non suscipio; sunt magno numero theologi atque philosophi, qui intelligent quando sit oportuna sese vindicare.

Rur-

An Jus naturæ sit novum?

Rursus quæri potest, num Jus Naturæ heterodoxorum sit *novum aliquid* à majoribus & universim Catholicis ignoratum usque ad Grotium! Hanc ego partem prolixè tractavi cum in *Larva detracta*, Capite XV, tum in *Jure natura*.

An sit otiosum Heterodoxorum J. N.

Quæri etiam potest, num Jus naturæ heterodoxorum sit *Otiosum?* sit *Necessarium?* Otiosum esse suum Naturæ Jus confessus est ipse Puffendorffius, professus in præfatione, nec extitisse unquam, nec modo existere, quin nec existere posse ejusmodi hominum statum, in quo sola vigeant officia Juris naturæ à se descripta. De Wolffio autem & in *Diatribæ* & in *Larva detracta* Cap. XVI. & XVII. monstravimus, sæpe esse verborum prodigalitatem, quas ille scientificas demonstrationes vendit.

An necessarium?

*Necessarium* porro nemini esse hoc Jus, quod statum nonnisi imaginarium & fictitium contingit, itidem probatum in *Larva detracta* dedimus, quamquam hoc probatione nulla indigeat, quod palpari manibus potest. Quis

enim sanus figmenta hominum vitæ necessaria dixerit.

Restat, ut quæatur, *No An noxiane sint ista heterodoxorum Jura naturæ?* Hæc quoque parte in *Larva detracta* defunctus sum.

Nunc peculiari contentione ostendendum sumpsit, id quod istorum *Juris naturæ cognoscendi principia* illud ipsum evertere quod volebant edificare.

Principium indagandi Jus Naturæ unicum statuunt *Solam rationem*, exclusa omni auctoritate divina ac humana: idque faciunt ideo, ut serventur res publicæ, quæ ratione sola finem suum unicum, pacem externam, obtinent, quæque corrui debent si auctoritas, præsertim Christiana Catholica admittitur ad agnoscendum Jus naturæ. Hoc illos contendere, dudum in *Larva detracta* declaravimus nos.

Nunc vero, hoc jam supposito, præfenti opella sum ostensurus, *Solam rationem, exclusa auctoritate ex Jure natura*.

A 3

Nos ostendimus, Solam rationem adhibitam

tendere ad ever- tendam repu- blicam,

naturæ ab his concepto, tendere recta via ad ever- sionem omnis reipublicæ, omnis principatus, omnis magistratus, & omnis societatis hu- manæ.

Volo le- ctorem pa- tion- tem,

Quodsi jam lectorem pa- ciatum eundemque non im- patientem volo; Jure id fe- cero, si enim heterodoxi pa- tientiam volunt lectoris, cur magna volumina devoranda obijciunt, eo quod spon- deant magnam utilitatem: æquius à me exigitur patien- tia ad parvum hunc libellum perlegendum, in quo pro- mitto detecturum me maxi- ma hominum generi damna non solum in altera sed hac quoque in vita subeunda, si heterodoxa illa principia de- ducantur in usum. Magis est necessarium maxima da- mna vitare, quam magna etiam commoda adipisci. Ergo qui patientes sunt ad legenda laudandaque volu- mina Puffendorffii, ac Wolf- fii magnam utilitatem spon- dentium, patientes sint, oro, ad legendum hunc parvum libellum spondentis detege- re prægrandia pericula.

Avertere damna necesse magis, quam cu- rare uti- litatem.

Status Quæstionis

exponitur.

I. Genus nostri humani maiores inde ab ul- tima memoria usu receptum habebant, ut *hominis officium* condicerent jam à paren- tum aut præceptorum de- cretis aut moribus; jam ab exemplis heroum; à carmi- nibus popularibus; tum à legibus publice propositis; demum ex libris, quos reli- querant viri justi atque æqui peritiores habiti. Qui hi- storias callent, Orpheum, Linum, Trismegistum, Ho- merum, Hesiodum, ceteros norunt, à quibus præcepta vitæ ac justitiæ disci posse ab ea ignorantibus nemo ad- huc præter nuperos aliquot dubitavit.

Nostri majores officium hominis didice- runt ex præ- ceptis, exemplis, libris.

2. A Christianis eadem est ratio conservata. Et ii qui discebant officia vitæ, & ii, qui ea alios voce calamoque docebant, ii omnes ad hoc usi sunt veterum præceptis, cum primis autem Christi Domini edictis, & Sacris ve- teris testamenti scripturis. Recentiores quoque Theo- logi ac Philosophi in instru- endis

endis *hominum* moribus & officiis occupati, usi sunt ve- terum Christianorum velut egregie illuminatorum sen- tentiis, præter litteras ac præcepta divina. Præcipue quod animadverterent sapi- entes viri, multos philoso- phorum antiquorum *sua ra- tione* in pessima avia seductos fuisse, eo quod carerent *au- thoritate* quadam divina, quam quidem suspirabant.

Nuperi aliqui de- cernunt,

veteres errasse.

3. At nuper emerere qui- dam, aut, si superis placet, eecidere de cælo Catones, qui adhibitis nescio quibus perspicillibus videre sibi visi sunt, ingens hac in re pecca- tum. Hi contendunt vete- res omnes in instruendis *ho- minum officiis* per tot seculo- rum atque chiliadum decur- sum sæde aberrasse; nemi- nem autem magis errasse quam Christianos doctores Catholicos, qui auctoritati etiam divinæ locum in *justi- tia humana discenda* fecerint. Quod quidem peccatum se- cundum horum vociferatio- nes est tantum, ut si reli- gio in jus naturæ, præcipue Catholica recipiatur, cor- ruendum sit regnis omnibus atque rei publicæ. Lepidif-

simum lectu est, quod Tho- masius eam in rem scribit, de recta ratione ante Luthe- rum, aut ante Grotium ignorata. Vid. *Larva de- tracta* Cap. XV. Them. XV. seqq.

4. Magnam illis gratiam totum genus humanum, sal- tem præsens atque futurum debet, quod tam sollicitè à necessario interitu vindica- tum eunt. Nam præteri- tum genus humanum cum regnis suis & rebus publicis, nihil superest, quam ut de- fleamus; cum enim necessa- ria hac istorum cura & ad- monitione caruerint, fieri non potuit, quam ut omnes respubiicæ in hunc usque diem perierint. Deinceps autem securum erit genus humanum: nulla deinceps respubiica, nullum regnum cessabit aut mutabitur, mo- do ex horum consilio officia omnia humana *sola ratione* regantur, *auctoritate* omni procul exesse jussa, cum pri- mis autem Catholica religio- ne prorsus pessumdata.

Genus huma- num

hactenus deplora- tum,

deinceps salvum erit

*Sola ra- tione.*

5. Horum quidem huma- ni generis salvatorum cla- mores partim in *Larva de- tracta*,

Hoc ve- ro falsum esse, do- cebimus.